

MOLLE CINNAMONI FLAVORIS

DIE VIII DECEMBRIS

IN FESTO

# IMMACULATÆ CONCEPTIONIS

BEATÆ MARIE VIRGINIS.

Introitus.

Isai. 61.

**A**udens gaudebo in Domino, et  
exultabit anima mea in Deo  
meo quia induit me vestimentis  
salutis; et indumento justitiae cir-  
cumdedit me quasi Sponsam orna-  
tam monilibus suis.

**P**salmo 29. Exaltabo te Domine, quo-  
niam suscepiste me: nec delectasti  
inimicos meos super me. Gloria  
Patri.

Oratio.

**D**eus, qui per Immaculatam Vir-  
ginis Conceptionem dignum Fi-  
lio tuo habitaculum praeparasti;  
quaesumus ut qui, ex morte, ejus-  
dem Filii tui prævisa, eam ab omni  
labe præservasti, nos quoque  
mundos ejus intercessione ad te  
pervenire concedas. Per eundem  
Dominum nostrum.

Et fit commemoratio Feriae.

Lectio Libri Sapientiae Prov. 8.

**D**ominus possedit me in initio  
viarum suarum, antequam  
quidquam ficeret a principio. Ab  
aeterno ordinata sum, et ex anti-  
quis, antequam terra fieret. Non-  
dum erant abyssi, et ego jam con-  
cepta eram: neendum fontes aqua-  
rum eruperant: neendum montes gra-  
vi mole constiterant: ante colles ego  
parturiebar: adhuc terram non fe-  
cerat. Quando praeparabat coelos  
aderam, quando certa lege et gyro  
vallabat abyssos: quando aethera  
firmabat sursum, et librabat fontes  
aquarum: quando circumdabat ma-  
ri terminum suum, et legem pone-  
bat aquis ne transirent fines suos:  
quando appendebat fundamenta  
terre. Cum eo eram cuncta com-  
ponens; et delectabar per singulos  
dies, ludens in orbe terrarum: et  
delitiae meae esse cum filiis ho-  
minum. Nunc ergo filii audite me:  
Beati qui custodiunt vias meas.  
Audite disciplinam, et estote sa-  
pientes, et nolite abjecere eam.

PIVS PP. IX.



AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Quod jampridem ab hac Apostolica Sede communia fidelium vota precesque postulaverant, quodque ad augendam in terris Beatissimae Genitricis Dei Gloriam maxime pertinebat, id Votum dem divino afflante Spiritu praestitimus: quum sexto Idus Decembris Anni Millecentorum quinquagesimi quarti, in Patriarchali Basilica Nostra Vaticana, frequentissima adstante S. R. E. Cardinalium et Sacrorum Antistitum corona, pronunciavimus, declaravimus ac definivimus, doctrinam, quae tenet Beatissimam Virginem Mariam in primo instanti suae Conceptionis fuisse, singulari Dei Omnipotentis gratia et privilegio, intuitu meritorum Jesu Christi Redemptoris humani generis, ab omni originalis culpe labe praeservatam, esse a Deo revelata, atque idecirco ab omnibus fidelibus firmiter, constanterque credendam. Difficile porro dictu est quanto exinde gaudio perfusi fuerint universi Catholici Orbis Antistites cum Clero suo, nec non Principes viri, ceterique cuiuscumque ordinis fidelis, quippe qui inflammato studio ducti honori debito prosequendi immaculatam Virginem Genitricem Dei Mariam, majorum exempla aemulati, id ipsum novissima hac aetate iteratis precibus ab hac Sancta Sede imploraverant. Nos quidem, vix dum ad universae Ecclesiae regimen meritis licet imparibus evecti fuimus, id praecipue curavimus, ut secundum Ecclesiae vota, ea perageremus quae ad augendum Deiparae Virginis cultum; pertinenter, utque excellentissimae illius dotes et collata divinitus privilegia atque ornamenta, fidelium oculis clarius nitescerent; qua de causa novum ecclasticum Officium, novamque Missam aprobavimus, ut solemnius celebraretur festum Beatissimae Virginis sine labe originale conceptae; atque ita, arcano Dei consilio, non intermissis hujusmodi curis, via quodammodo sterni visa est, ad solemne edendum decretum, quod, de immaculato Deiparae conceptu, memorata die atque anno pronunciavimus. Verumtamen quoniam necessarium esse novimus, ut cum lege credendi lex conveniat supplicandi, idecirco eo curas Nostras convertimus; ut novum conderetur Officium cum nova Missa, tam in Vigilia, ubi concessa est, quam in festo immaculatae Conceptionis, quibus singula haec ex ordine recolantur, et faustissimi eventus series futuris in posterum aetatis innotescat. Jamvero, quum hujusmodi opus ad optatum exitum perductum sit, memoratum Officium, Misamque respondentem, de consilio peculiaris Congregationis Sacrorum Rituum ad id apposite per Nos deputatae, Auctoritate Nostra Apostolica approbandam existimavimus. Itaque de ejusdem Congregationis consilio, certa scientia ac matura deliberatione Nostra superius adnotatum Officium, Missamque Officio respondentem, nec non pro locis ubi est concessa, Missam pro Vigilia immaculatae Conceptionis Auctoritate Nostra Apostolica per praesentes Literas probamus, eademque Autoritate praecipimus, ut hoc unice Officium et Missam quicunque de Clero seculari et regulari, non exclusis Monialibus, ad Horas Canonicas persolvendas quocumque titulo teneantur, adsumere debeant, Romae quidem, atque ubi fieri commode possit, hoc ipso anno vertente, alibi vero sequenti Anno MDCCCLXIV sub pena Divini Officii onus minime adimplendi. Ne quis vero reputet, peculiari quoicumque titulo etiam speciatim designando, hujusmodi generali praescriptione minime comprehendendi, Auctoritate Nostra Apostolica abolemus et proscribimus quocumque aliud Officium et quacumque alias Missam de immaculata Conceptione, etiam si sint ritus a Romano diversi ac licet singulari privilegio concessa fuerint, etiam cuicunque Ordini regulari, ac jubemus, ut in novis editionibus Breviarii et Missalis hoc unice apponatur Officium in corpore Breviarii, et imprimatur in corpore Missalis die VIII Decembris; in appendice vero Missalis Missa de Vigilia adjiciatur pro locis, ubi ex Apostolica concessione vigilia celebratur. Et quoniam nonnullae regularium familiae ritum servant a Romano diversum, volumus ut ipsae quantocius exhibere teneantur Congregationi Sacrorum Rituum, pro opportuno examine et revisione, additiones, aut variationes proprio ritui respondentes. Haec volumus, jubemus, mandamus, contrariis speciali licet atque individua mentione dignis non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die XXV Septembris MDCCCLXIII Pontificatus Nostri Anno Decimo octavo.

N. CARD PARACCIANI CLARELLI.

Beatus homo qui audit me, et qui vigilat ad fores meas quotidie, et observat ad postes ostii mei. Qui me invenerit inveniet vitam, et hauriet salutem a Domino.

Graduale. Judith. 13, 25. Benedicta es tu virgo Maria a Domino Deo excelso prece omnibus mulieribus super terram.

v. Ibid. Tu gloria Jerusalem, tu laetitia Israel, tu honorificentia populi nostri. Alleluja, alleluja.

v. Cant. 4, 7. Tota pulchra es Maria, et macula originalis non est in te. Alleluja.

In Missis votis post Septuagesiman, omissis Alleluja et v. seq., dicitur.

Tractus. Psalm. 86, 1. Fundamenta ejus in montibus sanctis: diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Jacob.

v. Ibid. Gloriosa dicta sunt de te, Civitas Dei.

v. Ibid. Homo natus est in ea, et ipse fundavit eam Altissimus.

Tempori Paschali omititur Graduale, et ejus loco dicitur,

Alleluja, alleluja.

v. Tu gloria Jerusalem, tu laetitia Israel, tu honorificentia populi nostri. Alleluja.

v. Tota pulchra es Maria, et macula originalis non est in te. Alleluja.

Sequentia Sancti Evangelii secundum Lueam. Cap. 1.

In illo tempore: Missus est Angelus Gabriel a Deo in Civitatem. Per Dominum.

tem Galilee, cui nomen Nazareth, ad Virginem despontatam Viro, cui nomen erat Joseph, de Domo David, et nomen Virginis Maria. Et ingressus Angelus ad eam dixit: Ave, gratia plena: Dominus tecum: Benedicta tu in mulieribus.

Credo: quod dicitur per totam Octavam.

Offertorium. Lue. 1. Ave Maria gratia plena: Dominus tecum: Benedicta tu in mulieribus. Alleluja.

Secreta.

Salutarem Hostiam, quam in Solemnitate Immaculatae Conceptionis Beatae Virginis Mariae, tibi Domine offerimus, suscipe et praesta: ut sicut illam, tua gratia praeyeniente, ab omni labe immunitem profitemur, ita ejus intercessione a culpis omnibus liberemur. Per Dominum.

Prefatio de B. Maria Virgine. Et te in Conceptione immaculata. Et dicitur per totam Octavam etiam in Festis infra eam occurrentibus.

Communio. Gloriosa dicta sunt de te Maria, quia fecit tibi magna qui potens est.

Postcommunio.

Acramenta quae sumpsimus, Domine Deus noster, illius in nobis culpe vulnera reparent; a qua Immaculatam beatae Mariae Con-



ADIEUS ADIEUS  
MOEL OVONI B. 004723 B. 1

CAPILLA ALFONSINA  
BIBLIOTERICA UNIVERSITATIS  
V. N. E. I.

